# INCIPIT PASSIO SCI CONCORDII MARTYRIS MENS IAN DIE I

II. TEMPORIBUS ANTONINI IMPE
RATORIS gravissima persecutio orta est
in urbe roma. ita ut non emendi nec uenden
di cuiquam licentia facile tribueretur. nisi
qui diis immolasset. Tunc erat in ciuitate roma
na concordius nomine. nobili familia ortus.
cuius pater gordianus dicebatur. sanctissima con
uersatione presbyter de titulo pastoris. hic
itaque habens filium concordium. quem eru
diuit omni sanctae scripturae doctrina. et fecit eum fieri
subdiaconum. a sancto pio episcopo urbis romae. hic ita
que beatus concordius cum patre suo ad nihil aliud
uacabat. nisi ieiuniis et orationibus die noctu
que. et elemosynis pauperum insistenter. et pete
bant a domino ut rabiem imperatorum potuissent
effugere. tunc beatus concordius dixit patri
suo. Domine meus. si uis dimitte me ut uadam
ad sanctum euthicen et habitem cum eo paucis diebus.
donec cesset rabies inimici antonini impera
toris. Dicit ei pater suus. fili. magis hic ha
bitemus ut possimus coronari. Dicit ei bea
tus concordius. uadam si iubes. quia ibi coro
nabor. ubi me xpistus iusserit coronari. tunc di
misit eum pater suus. et abiit ad beatum euthi
cen habitum suum. qui tunc morabatur in prae (amicum)
diolo suo in via salaria iuxta ciuitatem tribule (tiburte).
quem beatus euthices cum magno gaudio suscipi
ens. coepit deo gratias agere. et habitauerunt
simul in eodem loco. orationibus et ieiuniis
insistentes. et multis ac uariis languoribus
uexati ueniebant ad eos. et illi in nomine domini ihesu
xpisti orantes. sanabant eos. Tunc audiens famam
eorum torquatus comes tusciae qui tunc habita
bat in ciuitate spoletina (spoletana). mittens accersiuit
sanctum concordium. et dixit ei comes. quis (quid) uoca
ris. At ille respondit. xpistianus sum. Dicit ei
comes. de nomine tuo requiro. non de xpisto
tuo. sanctus concordius respondit. Iam tibi dixi.
xpistianus sum. et xpistum confiteor. Dicit ei co
mes. sacrifica diis inmortalibus et esto noster
amicus. et ego te habebo ut patrem. et sug
gero domino meo imperatori antonino.
et faciet te sacerdotem deorum. sanctus concor
dius respondit. Utinam tu efficiaris parti
ceps deorum tuorum. Dicit ei comes. Audi
me et sacrifica diis inmortalibus. sanctus concor
dius respondit. magis tu audi me et sacrifi
ca domino ihesu xpisto. ut possis euadere tormenta.
nam si non feceris. tu et dii tui in igne per
petuo ardebitis. Tunc comes iussit eum fus
tibus mactari. et iussit eum in custodiam
publicam includi. Tunc noctu uenit ad eum
beatus euthices cum beato anthimo episcopo. et
rogauerunt torquatum comitem. ut eum
sibi iuberet concedere paucis diebus. quia
beatus anthimus episcopus amicus erat comitis.
et concessit eum beato anthimo. et habita
uit cum eo multis diebus. tempore autem
oportuno consecrauit eum presbyterum.
et coeperunt ambo in orationibus uacare.
Post aliquantum uero temporis. misit comes
et tulit eum. Et dicit ei comes. quid trac
tasti circa salutem tuam. sanctus concordius
respondit. salus mea xpistus est. cui cottidie
sacrifico sacrificium laudis. nam tu et dii tui
in inferno cremabimini. Tunc iussit eum in
eculeo suspendi. Ille autem uultu alacri di
cebat. Gloria tibi domine ihesu xpiste. Dicit ei co
mes. sacrifica ioui magno. Beatus concor
dius respondit. ego non sacrifico lapidi mu
to et surdo. quia habeo dominum ihesum xpistum. cui ser
uit anima mea. Tunc iratus comes. fecit eum
in ima carceris includi. et ferrum in collo et in
manibus eius mittere. dicens. nullus ad eum ingre
diatur. dicens. fame deficiat. Beatus con